

R. P. D.

C O R I O

Toletana Canonicatus super Declaratoria.

Veneris 6. Decembris 1726.

Contumacia parum laudabilis Insignis Toletani Capituli, quæ post editam perfectam rem iudicatam Rotalem penitùs propulsantem exceptionem Impuritatis sanguinis Iosepho impictam pro retardanda executione litterarum Apostolicarum, quas idem pro vno ex Canonicatibus d. Ecclesiæ obtinuerat, impulit DD. ad relaxationem Declaratoriæ, *vt patet ex Decisione edita coram me* 14. *Ianuarij* 1724. Satis

tis adhùc coercita non fuit, quia post exhibitam paritionem per legitimam extraditionem possessionis Canonicatus, & solutionem fructuum pendente lite decursorum, renuit vlteriores fructus, & distributiones persoluere, ideoquè compulsus fuit Ioseph iteratam Dubij subscriptionem obtinere = *An sit danda Declaratoria* = quod hodiè à me propositum cum affirmatiuo responso absolui meruit, quià dum post seruatos solitos quatuor terminos doctum non fuit de paritione in præstatione fructuum, contrà parere detrectantem rectè intrat Declaratoria ex passim firmatis, & latè congestis *in dicta alia mea Decisione* §.*His autem*.

Obesse in minimo quin valuerit, quod dùm Capitulum liberam Iosepho extradidit possessionem Canonicatus, fructusque decursos persoluit, plenè satisfactum dicatur sententijs, & Exequutorialibus Rotalibus, quæ circa hæc tantùm versabantur, in modum vt si nihil parendum remaneat, cesset prorsùs quælibet contumacia, quæ desumi nequit ex non præstatione fructuum subindè decursorum, tum quia de his Exequutoriales non loquuntur, tum quià Capitulum nouam habet causam non soluendi, puta vel quia Ioseph post terminatam litem residentiam non fecerit, vel quia professionem Fidei non emiserit, sine qua sola possessio non suffragatur ad fructum acquisitionem iuxta *Concil. Trident. sess.24. cap.12. de reformat.* §.*Prouisi etiam vers. Prouisi autem de Canonicatibus*. Vel quia demùm certa emolumenta iuxta Constitutiones, & Consuetudinem Capituli non debeantur nisi post annum à die adeptæ possessionis, vndè inferebatur locum esse non posse Declaratoriæ, sed magis congruè disputationi Dubij = *An, & qui fructus, & prò quo tempore veniant soluendi post. adeptam possessionem Canonicatus*.

Vndique enim facilè corruebat obiectum, nàm si exequutoriales Rotales expresè de fructibus in posterum decurrendis mentionem non faciunt, id nihil ad rem attinet, quia eminentèr continetur in demandata extraditione possessionis, quæ semper intelligitur de possessione vtili, & proficua, quæ secum fert ius, & vsum percipiendi fructus, alias esset possessio mera verbalis, quæ nunquam sufficientem producere paritionem apta reputatur, vt in his terminis respondit *Rota in Vvormacien. Decanatus* 13. *Maij* 1709. *coram Reuerendissimo Crispo, & in Augustana Canonicatus super Aggrauatoria* 26. *Iunij* 1722. §. *Et quod attinet coram bo. mem. Lanceita*; Quo sanè retento themate, friuola remanet, imò potius contumaciam auget asserta quælibet excusatio pro eruenda noua causa, & necessitate subscriptionis noui Dubij desumpta, siuè ex defectu Professionis Fidei, qui insubsistentèr deducebatur, hoc ipso quod forma Sac. Concil. Trident., nedùm emissa non probabatur, sed seruata noscebatur ex datis *Summario prædicti Iosephi num. 2. litt. GGGGG.*, siuè ex prætextu faciendarum deductionum iuxtà Constitutiones, & Consuetudinem Capituli, quia exindè nulla educi potest illiquiditas alle-

lega-

legabilis ab eodem Capitulo, quod certè scit redditus Canonicatus, dùm in manibus retinet libros, in quibus notari solet quid ad vnumquemque Canonicum pertinet, Massamque communem, quæ inter Canonicos distribuitur, administrat, & de facto quotannis persoluit Sacræ Inquisitioni fructum vnius Canonicatus, vt præcisè contrà idem Capitulum animaduersum fuit in dicta altera mea Decisione super Paritione, & Declaratoria §. *Minusque*; Siuè demùm ex defectu residentiæ, quia si absentia Ioseph non alitèr verificatur, quam ad effectum morandi hìc in Vrbe pro defensione eius Causæ, quæ eo grauior reputatur, quo eius, & Familiæ decorem, & famam attingebat, vel ad effectum residendi Murtiæ in munere quo fungitur Inquisitoris, neutiquam attendi valet pro eo arcendo a consequutione fructuum, & distributionum, vt in terminis Absentis pro defensione sui Canonicatus, quæ dicitur causa iusta, & legitima est *Text. rotundus in capite ex parte il secundo de Cleric. non residen.*, quem expendunt *Ancaran. cons. 77. num. 2.*, *& sequen. Barbos. de Canonic.*, *& Dignit. cap. 24. num. 25.*, *& sequen. de Offic.*, *& Potestat. Episcop. allegat. 53. num. 172. Adden. ad Greg. decis. 341. litt. A. Rota coram Seraphin. decis. 1098. num. 5.*, *& in recent. decis. 647. num. 1. par. 1. decis. 689. n. 3. par. 3.*, *& in Vuormacien. Decanatus 13. Maij 1709. §. Et quamuis coram Reuerendissimo Rauennaten.* Maximè si lis acta fuerit, vt hic, cum Capitulo, cui licitum esse nequit ex propria contumacia lucrum captare, vt aduertit *Rota decis. 247. num. 8. & decis. 299. num. 5. coram Benincas.*, & in terminis Inquisitorum contrà hæreticam prauitatem referendo Priuilegia, & specialia Indulta pluribus congestis tuetur idem *Barbos. de Canonic.*, *& Dignit. dicto cap. 24. num. 2.*, *& sequen.* Parum facessente, quod lis terminauerit per taxationem expensarum coràm R. P. D. meo Gamaches de mense Iunij 1724., & Ioseph nonnisi de mense Augusti 1725. se contulerit ad Regnum Murtiæ; Vndè inferebatur non esse, intermedio saltem tempore, locum super lucrationi fructuum; Præter quod enim sub hoc etiam supposito, nequaquam cessaret contumacia Capituli, pro qua remouenda opus fuisset soluere fructus verè debitos sub obligatione soluendi illiquidos, vt in terminis dictum fuit *in Augustana Canonicatus super Fructibus*, *& Declaratoria 5. Maij 1723. §. Haud obstante coràm Me*; Vrget desupèr, quod de anno 1724. sequuta quidem fuerat expensarum taxatio, sed tamen (mirum est) lis terminata dici nequiuit, tùm quia Agens Capituli curauit adhuc obtinere à Summo Pontifice deputationem Congregationis particularis, vndè Ioseph pro compescendis huiusmodi conatibus, & instantijs coactus quoque fuit moram in Vrbe protrahere, tum quia durabat adhuc contumacia Capituli, non obstante relaxatione Declaratoriæ super abolitione cuiusdam indebitæ protestationis, decursorumque fructuum restitutione, sinè qua, non obstante relaxatione Exequutorialium, &

pos-

Dat. in Inquisitione Murtiæ die 16.Nouembris 1725.
D. Antonius Elguera Vigil Secretarius.
Adest sigillum Sac. Inquisitionis.

D. Antonius Elguera Vigil Secretarius Secreti Inquisitionis Ciuitatis, & Regni Murtiæ, certifico illis, qui præsentes viderint qualiter ex diuersis Instrumentis, quæ conseruantur in Secreto d. Inquisitionis constat fuisse concessam licentiam D.Inquisitori Don Iosepho Fernandez de Iubera, vt posset se conferre ad Curiam Romanam ad effectum prosequendi litem, quam habebat cum Capitulo S.Ecclesiæ Tolenanæ, quæ sunt in forma sequenti.

D

Licentia concessa ab Inquisitoribus Generalibus Don Iosepho Fer- Fernandez Iubera, vt per Annũ posset abesse, & se conferre ad Vrbem pro prosequenda lite cum Capitulo Toletano, & illi fuit concessa cum retentione salarii, & manutentione in suis honoribus, & antiquitate.

In primis ad petitionem d. D. Inquisitoris illi concessa fuit licentia pro tempore vnius anni per Illmos DD. Consiliarios S.M., & Sacræ Generalis Inquisitionis ad effectum se conferendi ad Curiam Romanam sollicitando exitu d. litis, & illi fuit concessa cum concessione salarij talis Inquisitoris, & cum manutentione in suis honoribus, & antiquitate, prout constat ex epistola dd.DD.Consiliariorum directa huic Tribunali sub datum in Villa Matriti die 23.Martij anni præteriti 1720., quæ recepta fuit in ista Inquisitione, & mandatum vt obseruetur.

Et ita pariter ex epistola Illmi D. Episcopi Barchinonen. Inquisitoris Generalis sub datum die 30. Augusti anni 1720, directa d.D.Iubera responsiua epistolæ, quam ipse conscripsit petens eamdem licentiam, & sua dominatio Illma illam concessit, vt possit se conferre ad Curiam Romanam, quæ fuit præsentata in hoc Tribunali, & decreta illius obseruantia.

E

Fuit concessa noua licẽtia cum iisdem prærogatiuis d. Don Iosepho pro duobus annis ab Inquisitore Generali die 24. Ianuarii 1721.

Ita pariter ex epistola Illustrissimi D. Inquisitoris Generalis Episcopi Pampilonen. sub datum die 24.Ianuarij 1721. directa huic Tribunali, eidem participatur, quod cum dictus D.Inquisitor Iubera patierit licentiam a Dominatione sua Illustrissima, adhoc, vt pro tempore duorum annorum posset se absentare ab hac Ciuitate, & se conferre ad Curiam Romanam, sua Dominatio Illustrissima confirmauit licentias, quas d.D.Inquisitor habebat pro d. effectu, & in casum necessarium illam concedebat de nouo pro tempore dd. duorum annorum cum ijsdem circumstantijs, quibus concessa fuerat à DD.Consiliarijs Sac.Inquisitionis, & a D.Illustrissimo Episcopo Barchinonen.Inquisitori Generali, quæ sunt illæ superius expressæ, quæ epistola, & licentia fuit recepta in hoc Sup.Tribunali.

Insuper constat in hoc Secreto dictum D. Iubera incepisse vti d. licentia die 5. Maij 1721. ad effectum se conferendi ad Curiam Romanam.

In-

Insuper constat ex Testimonio dato per D. Firmium de Espeleta Secretarium Cameræ Illustrissimi D. Episcopi Pampilonen. Inquisitoris Generalis sub datum in Villa Matriti die 18. Septembris anni 1722. qualiter d. Illmus D. Inquisitor Generalis prorogauit per tempus alterius anni licentiam concessam d. D. Inquisitori Iubera, cum ijsdem circumstantijs, quibus illa fuit ei concessa die 24. Ianuarij 1721., quæ recepta fuit in hoc Tribunali, & mandatum, vt obseruaretur.

F
Dictus Inquisitor Generalis d. licentiam prorogauit ad alium annũ 18. Octobris 1722.

Insuper constat ex alia certificatione d. D. Secretarij de Camera D. Fermini de Espleta sub datum die 30. Augusti 1723. qualiter d. Illmus D. Inquisitor Generalis prorogauit secunda vice d. D. Inquisitori Iubera ad alium annum licentiam concessam, & prorogatam ad effectum residendi in Curia Romana, quæ fuit præsentata in hoc Tribunali, & decretum fuit illius complementum.

G
Et die 31. Aug. 1723. fuit prorogata ad aliũ annum.

Vlterius constat ex alia certificatione eiusdem Secretarij D. Firmini de Espeleta sub datum in Villa Matriti die 15. Septembris 1724. quod d. Illustrissimus Episcopus Pampilonen. Inquisitor Generalis prorogauit ad alium annum licentiam concessam, & prorogatam d. D. Inquisitori Iubera ad hoc, vt toto d. tempore posset continuare absentiam à suo munere, & residere in Curia Romana, quæ fuit recepta in hoc Tribunali, à quo decretum fuit illius complementum.

H
Et d. licentia fuit prorogata ad alium annũ die 16. Septemb. 1724.

Insuper constat qualiter d. D. Inquisitor Iubera fuit Secretarius Cameræ Emi Cardinalis de Iudice Inquisitoris Generalis, vt ex titulo, quem præsentauit in hoc Tribunali expedito sub die 30. Martij 1715., & iurauit fideliter exercere d. munus die 1. Aprilis d. anni in manibus DD. Consiliariorum Suæ Maiestatis, & Sac. Generalis Inquisitionis, quodque à d. die incepit d. munus exercere, & continuauit donec, & quousq; d. D. Emus discessit à Curia Matriti ad Curiam Romanam, quod euenit de mense Ianuarij 1717., & die 10. Martij d. anni præsentauit in hoc Tribunali dictus D. Iubera suum titulum Inquisitoris, & cæpit illud exercere, & in eo continuauit vsque ad diem 4. Maij 1721.

I
D. Iosephus Iubera Inquisitor recessit à Curia Romana, & se præsentauit in Tribunali Inquisitionis Regni Murtiæ 17. Aug. 1725 & iterum exercere cæpit d. munus Inquisitoris.

Insuper constat, quod cum d. D. Inquisitor Doctor D. Ioseph Fernandez de Iubera se restituerit ad hanc Ciuitatem rediens à Curia Romana incæpit residere in munere, & exercitio talis Inquisitoris die 27. Augusti huius præsentis anni 1725., & se conseruat in actuali exercitio Inquisitoris huius Tribunalis, prout omnia præmissa constant ex Instrumentis, & documentis, quæ conseruantur in Camera huius Secreti, quibus me remitto, & ad petitionem d. D. Iubera, & ex mandato Tribunalis do præsentes firmatas meo nomine, & sigil-

latas

latas cum sigillo S. Officij. In Inquisitione Murtiæ die 5. Nouembris anni 1725.

D. Antonius Elguera Vigil Secretarius.

Adest Sigillum Sac. Inquisitionis.

Num. 2.

Die 3. Martii 1726. fuerunt repetitę litterę exequutoriales.

Die 3. Martij 1726. De Amicis Notarius.

Toletana Canonicatus.

Pro Illmo D. Canonico D. Iosepho de Iubera. Contra Rmum Capitulum Toletanum.

In Officio Vitus Angelus Caualleti Procurator, & in termino citationis ad dicendũ contra repetijt litteras exequutoriales legitimæ in Partibus notificatas reproductas per acta mei de mense Nouembris 1723. Item produxit testimoniales tenoris &c. petens &c. omni &c.

Num. 3.

Quatuor termini seruati ad docendum de paritione.

Die 5. Martij 1726. De Amicis Notarius.

Toletana Canonicatus.

Citetur D. Ioseph de Capuccinis exaduerso Rmi Capituli Toletani exaduerso Principalis ad docendum se paruisse primo pro prima, & decretum ad p.d. Instante Illmo D. Canonico Iosepho Iubera, siuè &c. De Amicis ex tunc Illmus D. mandauit seruari &c. omni &c.

Sequuntur tres aliæ citationes ad docendum de paritione secundo pro secunda, tertio pro tertia, quarto, & pro quarta, & vltima cum decretis &c.

R. P. D.

C O R I O

Toletana Canonicatus super declaratoria.

P R O

Illmo D. Don Iosepho Iubera Canonico S. Ecclesię Toletanæ, & Inquisitore Regni Mursiæ.

Summarium Additionale.

Typis Zinghi, & Monaldi 1726.